



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti
Ethicorum**

Melanchthon, Philipp

Witebergæ, 1583

VD16 ZV 20638

Causa finalis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

h. s. Reg. cap. 24 ~~Dauid~~ *parcente* Sauli est forma. Sic cum de habitibus loquimur, firma inclinatio in voluntate & corde, est forma. Cum autem à formali causa rectissimæ definitiones sumantur, apparet definitionem supra recitatam, propriam esse. Virtus est obedientia, quia voluntas & inferiores potentia obtemperent Deo.

Causa finalis.

Terminis duplex Usitatum est in Philosophia dicere, virtutem sibi ipsi finem esse, nec principaliter expetendam esse propter aliud, sed rectius est etiam secundum rationem addere alium potiore finem, scilicet, ut propter Deum expetatur virtus. *Gen. 39.* Ioseph ab aliena abstinet, ut Deo odediat, & ne scandulo polluat professionem &c. Ac tenenda est doctrina communis, de discrimine finium. Possunt esse multi fines unius rei, sed ordinati alij principales, alij minus principales. Principaliter expetenda est virtus propter Deum, sed postea etiam propter præmia æterna & præsentia, quia certissimum est, atrociora delicta atrocibus poenis in hac vita puniri. *Gen. 28.* Iacob inquit: Si Dominus dederit mihi panem & aquam, erit mihi Dominus in Deum, & hic lapis erit domus Dei.

Quamquam in hoc dicto conditionalis addita, non significat finem vel mercedem, sed significat possibilitatem & modum, id est, Si viam, in hoc loco

loci congregabo Ecclesiam ad Sacrificium & ad
concionem, juxta illud: *Non mortui laudabunt* *Psal. 117.*
Domine: Sed tamen sic quoq; rectè intelligi-
tur, suo loco & ordine petere Jacob bona corpo-
ris, sed ita, ut tamè anteferatur principalis finis.

Estne libera voluntas?

Querentibus simplicem veritatem in hac quæ-
sitione, facilis est explicatio. Ac primum discer-
nantur actiones voluntatis. Aliæ sunt electiones
motuum externorum, siue in actionibus morali-
bus, siue in actionibus artificum, siue in motu lo-
gali hominis quocūq;: ut Scipio potest se cohibere,
ne attingat alterius sponsam. Fabricius potest se
cohibere, ne aurū à Pyrrho missum accipiat. Pi-
etor potest ceruū aut Chimærā pingere, Plato po-
test ex Academia in urbem ire, aut non ire. In ta-
libus electionibus & omnibus motibus externis,
humana voluntas reipsa libera est, id est, potest
eligere hos motus, aut non eligere potest, impe-
rare ea externis membris, aut non imperare, &
eligens, seu imperans, eligit aut imperat sponte,
siue necessitate, & sine coactione, Ut Eva sponte,
& sine necessitate, & sine coactione eligit esum
pomi, & imperat organis mandere pomum.

Plutarchus in
vita Pyrrhi.

Quod autem talis sit libertas voluntatis, hoc
testimonio Pauli manifesto & firmo ostenditur.
Sep̄ fatetur Paulus aliquam esse iusticiam car-
nis, *Ad. Rom. 7.*

D 1 nis,